

fui reputatione. **De san**
cto Juliano epo & martire.

Vhianus Cenomanensis episcopus fuit. Hic symon leprosus ille fuisse dicitur quem dominus a lepra sanauit. Et qui dominum ad conuiuium miuitauit. Qui post ascensionem domini ab apostolis cenomanensis episcopus ordinatus est. Hic multis virtutibus clarus. Tres etiam mortuos suscitauit & postmodum in pace quiescit. Hic dicitur esse ille Julianus qui ab itinerantibus pro inueniendo bono hospicio inuocatur. eo quod dominus in domo eius fuit hospitatus. Sed uelut uidetur esse alius Julianus qui utrumque parentem scilicet patrem & matrem ignoranter occidit cuius hystoria ista preest.

Fuitq; alius Julianus de alio nobilibus genere: sed fide nobilior: qui de se tertio martiri se ultro persecutoribus offerebat. Tandem Crispinus consularis misit ministrum & eum occidi mandauit. Quod sentiens Julianus sponte foras profugit & querenti in trepidus se opponens protinus inuentus excepit. Cuius caput leuantes ad sanctum ferreolum in liam socium detulerunt: ut eidem mortem similem minarentur. nisi protinus immolaret. Quibus cum assentire nollet: eum occiderunt & caput sancti Juliani cum corpore sancti ferreoli in uno tumulo posuerunt ut qui fidei operam constanti diuisi non sint sic etiam in premi coronacione non sint separati. Et per multos annos san-

ctus mamertus uicinis eius corpus inuenit caput sancti Juliani inter manus sancti ferreoli ita illesum & integrum ac si eadem die fuisset sepulchrum. Inter cetera huius sancti miracula solet referri quod cum quidam hyaconus oues ecclesie sancti Juliani raperet & pastores eius ex parte sancti Juliani prohiberent. ille respondit Julianus non comedit auerces. Et ecce post modicum febre uolentissima perurgetur & inualescente febre quod a martire incenditur conficitur. Scitq; super se iactari aquam ut refrigeraretur: sed statim tantus fumus de corpore eius erexit ut cuncti qui aderant fugerent. Et ipse post modicum exspirauit. Cum quidam iustus ut ait Gregorius turonensis in die dominica arare uellet: protinus contractis digitis manubrium securis cum quaxomere in mundare uolebat eius dextere adhaesit sed post duos annos in ecclesia sancti Juliani ad eius preces curatus est. **De alio Juliano.**

Fuit insuper alius Julianus frater beati Julij. Hic duo fratres ad Theodosium imperatorem christianissimum uenerunt petentes ut templa ydolorum ubi iam quod inuenirent destruerent & christi ecclesias edificarent. Quod imperator libenter faciens scripsit ut omnes eis debeant obedire & eos in omnibus sub pena capitis adiuuare. Cum igitur beati Julianus & Julius in loco qui dicitur gaudi anum ecclesia fabricarent. deuote